liter ſubueniat iuſta omnibus erit. ¶ Cōfirmatur foꝛtioꝛi rō-
ne qꝛ ꝗuis ſit equum ſeruare volūtatem teſtatoꝛi de iure gen-
45 tiū ꝛ de iure diuino † ꝛ tñ ꝯ ius gētiū ꝛ diuinū maxime pro-
bata vtilitate publica lex pōt diſponere ex cā in aliqbus caſibꝰ
etiā ad pꝛiudiciū tertij vt.l.lutius.ff.de euictio.ꝛ plene per bar.
in.l.oēs populi.ff.de iuſti.ꝛ iur.ꝛ in prima ꝯſtitutiōe ffoꝛ.per
Inno.moderni repugnāt in.c.que in eccleſiaruʒ.ſ.de conſti.
Quare ergo repugnat qꝛ ꝗuis eqtas ſuadeat volūtatē teſta-
toꝛis ſeruari tñ pp bonū publicū cōfunditꝛ virtute iſtius equi-
tatis auc̃tate legis que eximat a peccato.xxiij.q.iiij.c.q peccat.
¶ Preterea text.in.c.cū eſſes.j.de teſta . improbat ius ciuile
ſolū meo caſu ergo in alijs vł approbare ꝙ diſpō tūc ſit ſeruā
da ꝛ iſta opi.plus placet ꝛ hanc ſequere in iudicando propter
auctoꝛitates predictoꝛum maxime qꝛ ego nō bene intelligo ex
quo capite oꝛiatꝛ obligatio naturalis quia ſuccedēs ab inteſta-
46 to ſit obligatus heredi ſcripto.† nam inſtitutio facta de hēde
nō obligat aliquē hēdem ſed parat heredi ius adeundi quod
eſt facultas.l.licet.C.de iure deli.ꝛ ideo dicimus ꝙ petitio he-
reditatis que competit heredi eſt actio realis habens actiones
perſonales vt lex hereditatis petitio.C.de peti. here.ergo non
preſupponit obligationem vt ibi manifeſtum eſt in legatario
autem cui deberetur ex minus ſolēne voluntate eſt minus du-
bium ſuper quo vide quod ponit Bal.in.l.cū qs.ꝛ in.l.ſi poſt
diuiſionem.C.de iur.ꝛ fac.igno.ꝛ text.ſin.in.l.militis.§.vete-
ranis.ff.de teſta.mili. ¶ Scđo adde dictis doc.inq̃tum ipſi
tangunt de eo qđ pōt retineri per falcidiam ꝛ tenēt communi-
47 ter cum ſnia Bart.† qꝛ in preſtādo id qđ retinetꝛ per falcidiā

licet heres ſit obligatus naturaliter non tamen eſt obligatus
naturali obligatione ſurgente a voluntate teſtatoꝛis vel here-
dis ꝛ ꝙ non habeat locum denunciatio probatur qꝛ lex cano-
nica non permitteret detractionem quaſi eſſet cum peccato ſed
pmittit vt in.c.ſi pater.de teſta.li.vj.ꝛ.c.raynaldus.eo.ti.Sʒ
prima ratio vł eſſe falſa qꝛ falcidia traditur ꝯ tacitam volunta
tem defuncti vt in.d.c.ray.in fi.ꝛ.l.titia.§.fi.ꝛ ibi p Bart.ff.
ad.l.fal.ſed ſoluendo dicas ꝙ ꝗuis obligatio iſta poſſit dici
habere oꝛtum a voluntate defuncti hic tamen voluntas defun
cti nō attenditur in preiudicium heredis ꝛ contra voluntatem
publicam vt.l.j.p Bar.C.de vſufru.ꝛ habetur in.l. nemo po
48 teſt dele.j.illud autem qđ dicit Anto.† ꝙ ſi teſtatoꝛ expreſſe
phibeat quartam deduci tunc habet locum denunciatio iudi-
cialis ēt ſi teſtatoꝛ ignoꝛet iura patroni ſui eſt falſum quia illo
caſu deficit ꝯſenſus teſtatoꝛis ꝛ ita preſumitꝛ.l.quaſi videtur ſci-
uiſſe legata excedere duo dantem non prohibuiſſet falcidiam
vt in.§.ſi vero expreſſim in auten.de here.ꝛ fal.vñ non eſt ve-
rum ꝙ adſit voluntas teſtatoꝛis vt ipſe dicit ꝛ ſic eſt expeditꝰ
49 iſte articulus. ¶ Et vltra predicta aduerte in ver.demū ſepe
allego qñ dicit ꝙ in caſu preſcriptionis hʒ locum denunciatio
euangelica nō loqtur de oi genere preſcriptionis nec ēt Ant.
50 de bu.hic ſʒ de preſcriptione quā fecit debitoꝛ ꝯ creditoꝛē † p
b ſcriptio[b] aūt cū bonafide ꝛ titulo maxie querētis dñiuʒ reddit
aliquē tutū in foꝛo cōſcientie lʒ poſtea ſuperueniat ſcientia rei
aliene ita refert Bal.fuiſſe diſputatū bononie p quendā theo-
logū in.l.cum qs.C.de iur.ꝛ fac.igno.ſuper quo vide qđ ipſe
idē no.in autē.ad hec ſepe allegata ꝛ in.c.j.§.ſi cōſtiterit ſi de
feu.fue.contro.inter do.ꝛ ag.ſi ergo ius canonicum permittit
vt.j.de preſcrip.p totū pʒ ꝙ preſcribens nō retinet cum pecca
c to[c] hoc pbatur rōne quā dixi in voce qꝛ preſcriptio eſt introdu
cta ppter bonū publicum vt.l.j.ꝛ ibi per Bart.ff.de vſu.per
qđ pōt auferri per principeʒ ius vnius ꝛ dare alteri vt.l.lutiꝰ.
ff.de euictionibus quinĩmo eſt per ſtatutum inferioꝛis vt pro-
bat tex.no.in.l.ſi priuatus in fi.ff.q ꝛ a qbus per bar.in.l.an-
tiocenſiuʒ.ff.de priui.credi.ꝛ vide ad premiſſa ꝙ poſſit Inn.
in.c.qꝛ plerıqꝫ.j.de imuni.ecele.ꝛ inquit Jo.an.hic in nouella
51 ꝛ poſt eum cōiter oēs cōcludunt.† ꝙ perſiſtens in crimine etiā
criminoſus admittitꝛ ad denūciandū denūciatione iudiciali qꝛ
criminoſus nō repellitꝛ vbi pſequitur ppꝛiuʒ intereſſe vt in.c.
itē cū qs.j.de reſti.ſpo.vj.q.iiij.c.oibus ꝛ qꝛ paritas criminis
nō pōt opponi aduerſus eū q tractat de dāno vitādo vt.l.apō
celſum.§.marcellus.ff.de dolo excep.ꝛ pbatur in.l.iuſiur an-
dum ꝙ ex ꝯuentiōe.§.vltio.ff.de iureiur. Tñ h dcm̃ ipſoꝛ vł
dubiū ꝯ qđ arguo ſic certū eſt ꝙ denūciatio canonica per quā
agitur ad remotionē a bñficio nō ꝯpetit niſi illi cuius intereſt
hꝛe bonū prelatum.xvj.q.vij.c.filius in tex.ꝛ no.in.c.ex parte
adde.j.de teſti.ſed iſta denūciatio permittitꝛ criminoſo vt clare
dicit tex.in.c.lʒ heli.j.de ſymo.ꝛ in.c.cuʒ dilectus.j.de accu.ꝛ
idem dʒ dici in ꝓpoſito.preterea vt dicit tex. notandus denū-
ciatio iudicialis principaliter ſit ad finē penitentie cōuerſionis
a peccato vt pbatꝛ in.c.quēadmodum.in fi.j.de iureiur.licet in
ꝯñam agatꝛ ad deſtitutionem rei ita declarat hic abb.ꝛ hñ. Si
ergo principaliter de peccato ꝛ coꝛrectiōe ergo adeſt ratio que
in denūciatione euangelica de qua.iij.q.vij.c.iudicet ꝛ.c.qui
ſiue.ideo vł poſſe hꝛe locū iſta denunciatio cū adſit principali
ter finis ppter quē intenditur iſta pbantur fere in terminis in
l.j.§.fi.iuncto prin.ff.de poſtu.in qbus pʒ ꝙ criminoſus pro
52 hibetur poſtulare.p alio † ꝛ permiſſus poſtulare p ſe nō pōt
poſtulare p filio hoc in ꝯñam ius cōpetēs filio pertinet ad pa
trē qñ ē in pāte ſiue ſit ius cris vł iniure ſiue aliud vt.l.j.§.vſqꝫ
adeo.ff.de iniur.ꝛ.l.ſʒ ſi vnius.§.ſi filio eo.titu.ꝛ qđ no.in.l.
frater a fratre.§.queſitū.ff.de ꝯdi.indebi.ꝛ ſic vł dicēdū in cāu
nr̃o ꝛ hoc puto eē verius de ſubtilitate iuris ſm glo.ꝛ Inno.
hic lʒ doctoꝛes cōiter ſequantur aliam opi.lʒ aūt criminoſus
non admittatur vt dixi . Iudex tamen debet inquirere ex offi-
cio pꝛopꝛio vt facit reſarciri dānum cui debet ita dixit ſingula-
riter Hoſtien. ꝛ Anto.de butri.in.c.quia fruſtra de vſuris.ꝛ
bene facit tex.in.c.ad noſtram.j.de iureiuran.

**Paſtoꝛalis.** Ea que ſunt facti debent p
poni p principalem perſo-
nam non per aduocatum.hoc dicit.

**Examinata.** Si actoꝛ proponit ineptaꝫ
actionem reus abſoluitur
tunc poſtea ſi aptam pponit reus cōpellitꝛ rñdere vł
ſic ſm abb.moder.qñ actio libellātis eſt inepta nō
procedit libellus ſed reus abſoluitur ab inſtantia iudicij reſer-
uato iure iterum apte agendi ꝛ diuiditur in quattuoꝛ partes.
In prima ponitur ratio.decidendi.In ſcđa ibi cum teſtis de-
claratur ipſa ratio.In tertia ibi vnde intentionem tuam poni
tur foꝛma pronunciationis . In quarta ibi ita tñ ad cautelam

a ¶ De ſcđa ſpē denūciationis iudicialis.

b ¶ Que preſcriptio pmittatur in foꝛo conſcientie.

c ¶ Non retinet cuꝫ peccato ēt vt hic dicit ſi mala ſi des ſupueneat ꝛ ita p pulchra tʒ ſe li.in.c.vigilāti.in v.col.ad me.de ꝓ ſcrip.ꝛ in rub.eo ti.in.ij.col.

1 reſeruatio iuris. ¶ † No. ibi eccleſiā iam ſequeſtratam ⁊c. ſm
ꝙ hic intelligitur ꝙ ipſum ius patronatus petebatur ꝙ nō ſo
lum res corporales ſed etiā iura incorporalia ſine annexa ſpūa
litati poſſunt ſequeſtrari ſicut etiaꝫ in his pōt interponi primū
⁊ ſcōm decretum in. c. j. ⁊ ij. j. de eo qui mit. in poſ. cā rei ſeruā
2 de. ¶ † Secūdo no. ibi ꝗuis poſſideas ꝙ ius patronatus ꝗ
uis ſit incorporale dr̃ poſſideri ꝙ videtur exprimi quaſi poſſi-
deri vt. l. ſi ſeruus. §. corporales. ff. de acqui. re. do. ⁊ in. c. cum
3 eccleſia. j. de cā poſ. ⁊ ppri. ¶ † Tertio no. ibi nec rei vēdica-
tionem ꝙ rei vendicatio non competit poſſidēti qꝛ deeſt extre
mum ex parte rei cōuenti in actione reali ⁊ ipſa poſſeſſio ⁊ ad
minus detētatio vt. l. j. C. de alie. iudi. mu. ca. fac. ⁊ in. l. officiū
4 ff. de rei ven. ¶ † Et vlteri⁹ collige ex eo. ver. a cōtrario ſenſu
a ſm doc. qꝛ ēt pro iure incorporali ^a qñ poſſeſſio eſt penes alte-
rum videtur cōpetere rei vendicatio non ſolum confeſſoria de
5 qua dicetur in glo. vtrum ſit verū in ea videbis. ¶ † Quarto
no. ibi tenere ⁊c. ꝙ libellus ineptus ⁊ ꝯñter gcq̄d fundatur in
eum eſt nullum ipſo iure. ⁊ ita dicit gl. no. inſti. de obli. in prin.
quam ponderat Bal. eleganter in. l. actori. C. de reb. cre. ⁊ ad
iſtum tex. qd̄ hic non erat ineptitudo formalis qd̄ pꝫ ex ipſo li
6 bello. ¶ † Quito no. quod quādo libellus eſt ineptus iudex
debet abſoluere ab obſeruatiōe iudicij vt. l. j. §. ſi. ff. ſi meſ. fal.
mo. dix. ⁊ videtur probare iſte text. ſing. ꝙ in abſolutoria ab
obſeruatione iudicij debet exprimi cauſa aliter ſententia nō va
let ⁊ hoc tenet hic Anto. per iſtum text. ⁊ per text. in auten. de
iudi. §. oportet. ⁊ ita dicit tenere Joa. an. in. c. finem litibus. j.
de dol. ⁊ cōtuma. ſed aliqui moderni impugnāt ipſum de qua
7 dicetur plenius in additionibus. ¶ † Sexto ⁊ vltimo no. ꝙ
quando reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij cautela eſt ꝙ
iudex expreſſe reſeruet ius agēti hoc tamē nō eſt neceſſarium
maxime quando fit abſolutio propter ineptam petitioneꝫ ſm
doc. hic. ¶ In glo. poſita ſuper verbo poſſidere. intellectus
prime lecture qui tangitur in glo. eſt iſte ſꝫ doc. ꝙ priuſꝗ mo
ueretur lis erat facta ſequeſtratio ⁊ ſi dicatur ergo cum in ſeque
ſtrum eēt tranſlata poſſeſſio vel detēta adminus competebat
agēti rei vendicatio formalis que competit etiam ratione de-
tentationis vt. l. officium. in ſi. ff. de rei vē. ⁊ l. ij. C. vbi in rem
actio. ⁊ ſic no. ꝗ agens nō egerat inepte vnde dicit Bar. in. l.
naturaliter. §. nihil cōe. ff. de acqui. poſſ. ꝙ reſpectu detētatio
nis que eſt penes aliū poſſum agere rei vēd. ⁊ interd. vti. poſ.
cōtra eūdem reſpectu poſſeſſiōis ⁊ ſic videtur ꝙ actio hic nō
ſit inepta. Sed ad hoc reſpondēt doc. ⁊ maxime Ant. de bu.
dicendo ꝙ actio hic nō potuit dici inepta quaſi non compete
ret cōtra aliquem quia immo competebat cōtra ſequeſtrarium
ſed pro tanto fuit inepta quia ille qui conueniebatur nō poſſi
debat neqꝫ detinebat quo caſu ipſe diſtīguit notabiliter ꝙ aūt
actor anteꝗ feratur ſentētia proteſtatur coram iudice ꝙ vult
ſolum declarari ſuper dñio ⁊ tūc nō videtur inepte egiſſe. ſed
iudex declarabit agētem eſſe dominuꝫ ⁊ abſoluetur reus qꝛ nō
poſſidet vt ꝓbat tex. in. l. ſi ea te. §. j. ff. de excep. rei iud. ⁊ ibi p
Bar. ⁊ p Bal. in. l. vnica circa pn̄. C. de alie. iud. mu. ca. fac.
¶ Si vero nihil proteſtatur pendēte iudicio tunc inepte vi-
detur egiſſe ⁊ abſoluetur reus ab inſtātia iudicij. ⁊ ita loquitur
decreta. Sed iſta dicta nō vidētur vera. ¶ Primo quia tex.
noſter dicit ꝙ ineptio ⁊ ꝓceſſus nō tenuit ergo ſi ꝓceſſus pe-
8 tētis nō valuit † īpoſſibile eſt ⁊ ſup nullo ꝓceſſū ferre ſniam vt
in. c. j. j. de lit. ꝯte. ⁊ p Bar. in. l. ſiue ꝑponis. C. quō ⁊ qñ iu-
dex. ⁊ maxīe vbi eſt nullus rōne ineptitudinis cum tūc nō poſ
ſit fructificari ſm Jnn. in. c. cū dilecti. j. d emp. ⁊ vē. ¶ Pre
terea ſi ſnia pōt ferri diffinitiue ſeparās ius competēs ab incō
petēti vt ꝯcedit Ant. tūc videtur ꝙ hoc poſſit facē iudex par
te nō petēte ⁊ dꝫ vt no. tex. ⁊ ibi p Bar. in. l. q ſolidum in pric.
ff. de le. ij. Unde Abb. Moder. vr̃ dare alium intellectum ad
iſtā decretalē ꝙ ideo iudex pōt abſoluere ab obſeruatiōe iudi-
cij qꝛ nō ꝯſtabat de dñio actoris. ¶ Sed hoc poſſet ꝯcedi ꝙ
fieret abſolutio ab obſeruatiōe iudicij. nō tamē pp ineptam
petitionem. ſꝫ qꝛ vt dixi petitio eſſet iepte fcā ēt ſi actor ꝓbaret.
¶ Item preterea ſm iſtam rationē iudicium claudicaret qꝛ
ꝓbante pronunciaṫ p ipſo diffinitiue quare nō dꝫ ꝓnunciari
ꝯ ipſum etiā diffinitiue ar. l. ſi. ff. de fruc. ⁊ li. expen. ¶ Unde
ſaluando iſtam lecturam potes dicere ꝙ hic ꝑus fuit actū rei
ven. ꝗ fuerit fcā ſeqſtratio quo caſu cū agēs poſſideret ⁊ deti
neret nulla cōpetebat ſibi rei vēdicatio vt plene not. in. l. vni-
ca preallegata p Bart. lꝫ ex poſt facto poſſeſſio vel detentio
trāſferatur ad alterū hoc tn̄ non releuat ineptitudinē iudicij qꝛ
ſatis eſt ꝙ a principio libellus fuerit ineptus ex quo nō pōt ex
poſt fcō ratificari vt dictū eſt. ¶ Pro his faciūt q̄ no. p glo. ⁊
b p bal. i. l. emptor ⁊ l. q tibi. C. de hr̃. vel acti. vē. Et ſic limitaṫ ^b
lex ſi a te. §. j. ff. de exce. rei iu. Qd̄ nō hꝫ locū quādo agēs rei
vē. a pncipio poſſideret lꝫ ex poſtfacto poſſio trāſierit ad ter-

a ¶ Pro iure incorpali ēt daṫ rei vendicatio.

b ¶ Et ſic limitaṫ iſtā limitationem ſequiṫ ⁊ cōmendat multum d. alexā. l. nāl'r. §. nihil cōe. i. xv. colū. ff. de acq. poſ.

c ¶ Per ſequeſtrationē nō trāſfert poſſio in ſeqſtrū. vide tamen ang. ⁊ Saly. poſt pau. de ca. in. l. j. cir. ſi. C. de probibi. ſeque.

d ¶ De reuocatione ſequeſtri.

e ¶ Sequeſtratio que fit ne partes veniāt ad arma an reuocetur p ſatiſdationem.

tium. ¶ Et adde ēt ad intellm littere ingētum Inno. ⁊ doc.
dñt hic ꝙ ideo potuit hic vendicari eccleſia ⁊ agi rei ven. ad
rem corporalem ꝗ aliter quaſi poſſeſſionem iuris ſpiritualis
expeditam habere non poterat arg. l. qui tabernas. ff. de ƀb.
emp. ⁊ c. piſanis. de reſti. ſpo. ¶ Sed hoc non vr̃ bñ dictum
qꝛ ipſe cōfeſſoria que regulariter competit pro iuribus incor-
poralibus ꝙ preter ſui naturam in conſequentiam potuerit in-
tentari ad rem corporales ſiue quaſi poſſeſſio iuris haberi nō
poterat vt probat tex. in ſi. in. l. ſi vt certum. §. cuſtodia. ff. cō
moda. ⁊ in. l. j. §. que depoſitum in ter. ⁊ gl. ff. depoſi. facit op
time ꝙ ponit glo. in. l. j. §. hoc interdicto. ff. vti. poſ. Cum eni
principaliter agatur de iure incorporali non eſt cōueniens ꝙ
competat illa actio principaliter que reſpicit ius ꝙ venit in cō
9 ſequentiam. † qꝛ acceſſorium regulariter a principali nō econ
tra vt. l. lecta. §. j. ff. ſi cer. pe. ⁊ ratio eſt in. l. petens. C. de pac.
Et qꝛ glo. etiā hic materiam ſequeſtri ⁊ poſt ipſam Jo. an.
10 ⁊ doc. ⁊ ideo ingētum ipſi dñt † ꝙ in ſequeſtro neceſſario in du
c bio non tranſfertur poſſeſſio ^c adde ꝙ illud eſt verū ēt ſi ſeque-
ſtrum ſubrogetur loco primi decreti ex quo transfertur poſſeſ-
ſio de iure ⁊ hoc videtur probare tex. ſingulariter in. c. j. de
dolo ⁊ contuma. in ver. vos licet. ⁊ in ver. vt tedio affecti ⁊c.
Ex quibus datur intelligi ꝙ ſequeſtrum ibi nullum parat pre
iudicium niſi per appoſitionē cuſtodis nec in tantum ope
cat ſicut primum decretum ⁊ per hoc concludo contra Bald.
11 in. l. j. C. de prohibita ſeque. vbi dixit ſingulariter ꝙ quando
ſequeſtratio fit poſt ſententiam ſemper transfert poſſeſſionē ſm
12 Bar. no. in. l. a diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. ¶ Il-
lud autem eſt valde dubium vtrum in ſequeſtro voluntario
in dubio pdatur poſſeſſio ꝙ duo iura videtur multum cōtra-
ria vꝫ tex. in. l. intereſſe puto. ff. de acqui. poſ. qui loquitur de ſe
queſtrato voluntario in ver. approbatus fuerit ⁊ tex. in. l. licet
§. ſi. ff. depoſi. licet gl. in. d. l. intereſſe deſtruat ēt ⁊ cōiter doc.
13 ſequentes glo. vnde cognita ſi poteſt diſtingui † ꝙ aut ſeque
ſtratio fit pp incertitudinem poſſeſſionis ⁊ tūc vnaqueqꝫ par-
tium cōtendit ſe poſſidere iuxta ea que no. Jnno. in. c. lꝫ cām.
j. de ꝓba. ⁊ in dubio tunc ſequeſtratio transfert poſſeſſionem
⁊ idē dōm eſt ꝙ duo ptēdūt poſſeſſionē adipiſcēda ſed qn alter
tm̄ poſſidet vt quando erat ſequeſtrum voluntarium pro ſe-
curitate creditoris ⁊ tunc videtur poſſe dici ꝙ non transfera-
tur poſſeſſio. Jta concluſio probatur qꝛ ſi pignus conuentio-
nale quod datur creditori non priuat debitorē vera poſſeſſio
ne vt. l. qui pignori. ff. de acqui. poſ. ⁊ l. j. §. per ſeruum qui pi
gno. eo. ti. ⁊ ibi no. multominus transfertur poſſeſſio in ter-
tium qꝛ vt nudus miniſter ad commodum alterius ⁊ idem cre
do eſſe dicendum quando reus qui conuenitur rei vēd. pro ſecu
ritate petentis deponit res penes tertium p eādem rationē. Et
14 confirmatur iſta cōcluſio † qꝛ animus pdendi poſſeſſionē in
dubio non preſumitur niſi doceatur de cā extrinſeca. vt. l. ſi de
eo. in prin. ⁊ ibi per Bart. ff. de acqui. poſ. que quidem cauſa
15 non videtur adeſſe hic † quoniam traditio facta alicui in du-
bio preſumitur cā cuſtodie quando cā habilis ad transferēdū
dñiuꝫ non precedat non vr̃ perdat poſſeſſio ita dicit tex. quem
ponderat Bar. in. l. cū ꝑ. §. ꝑ plurib⁹. ff. de leg. ij. ⁊ ceſſat ra
tio in iſtis caſibus que aſſignatur in tex. l. lꝫ. §. ſi. ff. depoſi. Et
16 qꝛ doc. hic tradunt de reuocatione ſequeſtri † Attende quia
d ſequeſtrū reuocatur p ſatiſdationem quando ſit ꝗ perſona eſt
ſuſpecta vel in contumaciam partis vt. l. ſenatus. in ſi. ff. de of
ſi. preſi. ⁊ ibi per Bar. ⁊ ff. qui ſatiſd. cog. ⁊ l. poſtq. §. impe-
17 rator. ff. vt leg. nomi. cauea. ¶ † Sed ſi ille qui debet ſatiſda
re nō poſſit vtrum ſufficiat iuratoria cautio glo. ſentit ſingu-
lariter ꝙ ſic in. l. j. circa medium. C. de aſſer. tol. contrarium te
nuit Spec. in ti. de ſequeſtratione. §. j. ver. illud aūt ⁊ hāc ſniꝫ
approbat Saly. in. l. j. C. de probi. ſeque. ⁊ moderni in. c. j. j.
eo. ti. ſup voce vid ꝙ ſingulr no. Bar. in. l. j. in vlti. q. C. de
18 here. vl ac. vē. † Sꝫ qn ſequeſtratio fit ^e verbigra de re imobi
e li ne partes veniāt ad arma ⁊ eſt pulchrum videre vtꝝ ſeque
ſtratio reuocetur p ſatiſdationem ⁊ vr̃ poſſe dici qn ſi per al-
teram partium offeretur ſatiſdatio de reſtituēdo rēꝫ in caſu vi
ctorie debeat illi concedi poſſeſſio interim hoc tamē intelligo.
19 † qñ ſoluꝫ eēt incertitudo quis poſſideret non aūt timor rixe
qꝛ tūc per ſatiſdationem illi nō poſſet prouideri ⁊ ſic nō reuo-
caretur ſequeſtratio hoc ꝓbat tex. ſing. in. l. j. §. j. eſt aūt. ff. de
poſi. ⁊ ſi ambo vellēt ſatiſdare ꝙ eēt loc⁹ gratificatiōi de quo
dic vt ibi p gl. ſꝫ ꝙ ſequeſtꝝ reuocat nō ſolū p ſatiſdationē ſꝫ
20 ſi ſit finita ꝯditio ſeqſtri vt. l. ci apud que. §. ſi. ff. depoſi. † vi-
dēdū eēt vtꝝ ⁊ reuocatiōe ſeqſtri deāt citari pꝫ ⁊ interuenire cāe
cognitio ſup quo bal. ſin. in. l. ſi. C. de bo. auc. iud. poſ. dic ꝙ
aut ſequeſtꝝ fit voluntariu aut nō mādatu iudicis. pro caſu nō
pōt reuocari pte non citata ⁊ ſine cauſe cognitiōe ⁊ ad hoc bñ
facit tex. in. d. l. ci apud quem. §. fina. aut eſt factum ad man-
datum



datum iudicis ⁊ tunc iudex. cum aliquali cauſe cognitione pōt
reuocare. Tu diſtingue ꝙ aut ſequeſtrum reuocatur via ordi-
naria qua preſtatur ſatiſdatio ⁊ tunc ſatis procedat dictum
Bal. aut reuocatur quia cauſa ſit finita ⁊ adhuc videtur idē ſi
cauſa ſit notoria iudici peracta arg. eoꝝ q̄ no. bar. in. l. a diuo
21 pio. §. ſi ſuper rebus. de re iudi. vbi voluit † ꝙ qñ dꝫ fieri exe-
cutio in repetita nō ſit neceſſarium citare partem quia eſt iudi-
ci notoriuꝫ ꝙ hec res dꝫ preſtari ſed ſi cauſa finita ſequeſtri nō
ſit notorie peracta vel ſi iudex vellet reuocare ſequeſtrum tāꝗ
male factum vel nullum non poterit hoc facere parte non cita
ta qꝛ etiam tenutam nulliter datam ⁊ de facto nō poteſt reuoca
ri pte nō citata vt ſinglr̃ declarat Bal. in. l. ſi deſerta. C. ſi pro-
pter pub. pen. ita limitat glo. in. l. minor. §. ſi ſeruus. ff. de euic.
22 Nunquid autem ante ſequeſtrum deāt fieri plena fides debiti
vel quaſi. vide tex. ſing. quem ibi ponderat Bart. in. l. per hāc
C. de erroga. mili. anno. li. xij. ⁊ in. l. litibus. ⁊ ibi per ange. C.
de agri. ⁊ cenſi. libro. xij. ⁊ quod pulchre nota. Bal. in. l. j. C.
de probi. ſeque. ⁊ quod nota. in. l. ſi. C. vbi in rem actio. de
qua plenius dicetur in. c. pe. de ſeque. poſ. ⁊ plene. ¶ Glo. po
a ſita ſuper ver. nō tenere. pro intellectu decre. ⁊ huius glo que-
23 rendum eſt poſt Jnno. hic † vtꝝ ſi ^a actor in libello proponit
cauſam aptam ⁊ actionem ineptam iudicium eſt nullum ⁊ ſnia
an vero poſſit ſententiari ⁊ condemnari reus ſuper quo dicit
hic Jnno. ꝙ poteſt condemnari ⁊ valet ſententia mouetur qꝛ
de iure canonico non debet exprimi actio in libello vt in. c. di-
lecti. ꝫ. e. ergo ſi proponitur ineptitudo non debet viciari pro-
ceſſus ⁊ libellus vt. l. j. in princi. C. de rei vxo. ac. ⁊ hanc ſen-
tentiam ſequitur Bar. in. l. j. ff. de eden. ⁊ Jo. an. in addi. ſpe
cu. in ti. de actio. ⁊ peti. §. ſequitur. vbi hoc quoqꝫ vbi late di-
24 ſputat iſtam queſtionem. Ratio ſua eſt † quia inutilis actio ⁊
inepte propoſita in libello poteſt ſeparari a cauſa apta ⁊ con-
gruenti ergo vtile per inutile non debet vitiari vt in. l. cum te.
§. illud. ff. de fide. ⁊ in regula vtile. de reg. iur. li. vj. do. Ant.
de bu. hic refert Jo. de ligna. aliter diſtinguentem quem ipſe
reprehendit ⁊ bene ⁊ tamen non bene firmat pedes. finaliter
tamen videtur approbare opi Bart. ⁊ Jnno. ꝙ iſte libellus
procedat ⁊ quia ipſemet reſpondet arg. ſuis factis in oppoſi-
tum ideo in h dictis eius non eſt addendum. do. Abb. hic di-
cit tamen de ſubtilitate iuris opi. Poſt. eſt verior qui tenuit
hic ꝙ non poſſit fieri ſuper illo libello ſententia vt. l. j. §. j. ff. ſi
meſ. fal. mo. dixe. nec ob. reſponſio Bar. ⁊ glo. ibi ſm eum vꝫ
ꝙ cauſa ⁊ actio vbi fuit inepta non attenditur quia iſtud eſt ꝯ
mentem littere ⁊ diuinat ad tex. De equitate tn̄ concedit opi.
cōem eſſe veriorem ſiue equiorem qꝛ p errorꝫ propoſita cauſa
apta vr̃ egiſſe ex actione inepta. ⁊ maxime ſi poſtea probat cāꝫ
intentatam expreſſam in libello ex probationibus actoris de-
claratur intentio libelli ſm Bar. no. in. l. inter ſtipulantem. §.
j. ff. de ver. ob. ⁊ Jnno. in. c. ceterum. ꝫ. e. ⁊ in. c. conquerente.
ꝫ. de offi. ordi. Uñ ex probationibus pꝫ que fuit intentio agen
25 tis ⁊ ꝙ per errorem expreſſit incongruā † eſt. n. dr̃ia inter ius
ciuile ⁊ canonicum de iure ciuili cōceditur ꝙ libellus ſit inept⁹
⁊ non de ſnia vt in. d. l. j. §. j. ſed de iure canonico. non ergo ſe
exprimitur ⁊ inutiliter nō vitiat vt dicit Jnno. ⁊ vt dixi. Pro
26 qbus adduce tu gl. or. in. l. vinū. ff. ſi cer. pe. que vr̃ velle † ꝙ
ſi ſolēnitas nō reqratur in actu ⁊ adhibetur inepte actus non
vitiatur. ⁊ hoc dixit alia glo. no. in. l. q teſtō. in pri. ff. de teſta.
p his facit optīe qd̄ no. gl. ord. in. c. ſi poſtꝗ in pri. de elec. li.
vj. in ver. iuxta. ⁊ in. c. cupientes. in pri. e. tit. que vult ꝙ ille q
non tenetur ſe preſentare conſpectui apoſtolico in cā eccleſie ſi
preſentauerit voluntarie non tenetur ſeruare ſolēnitates que
ſtatuuntur in illis capitulis p his ēt elegāter facit qd̄ not. Jo.
27 an. in. c. qꝛ pp. ꝫ. de elec. in nouel. vbi dixit notādum † ſi capi-
tulum vocat canonicum qui nō dꝫ vocari valet actus factus
ipſo non expectato. ita dixit ange. in ſimili queſtione multum
no. in. l. obſeruare. §. ꝓficiſci. ff. de offi. ꝓcon. ⁊ leg. ⁊ Bald. in
l. ⁊ ſi ſiue. C. ad treb. vbi voluit ꝙ qñ pōt ꝓcedi ſine libello vel
ſummarie ⁊ de plano ⁊ ſi ꝓcedit ordiarie ⁊ inepte nihilomin⁹
valet ꝓceſſus. p his facit tex. in. c. bone. ꝫ. de elec. ⁊ ꝙ ibi mo-
derni. ⁊ i. l. ſepe. in ſi. in ver. vt iuſta. de ver. ſig. In ꝯriū eſt gl.
ſin. in. l. ꝑinde. el. ij. ff. ad. l. aequil. que voluit ꝙ ſi ꝓceditur in
iudicio preter naturā ipſius ordinarie ⁊ inepte ꝓceditur nō vꝫ
ꝓceſſus illā glo. allegat Bald. in. l. diffamari. C. de ingenu. ⁊
28 manu. vbi hanc concluſionem affirmat. pro hoc facit. † qꝛ ſi-
cut actus ſnie eſt indiuiduus vt. l. in hoc iudicio. ff. fam. herc.
ita ēt libellus reſpectu vnius cāe vr̃ eē vnus ⁊ indiuiduus act⁹
vt late declarat bar. in. l. edita. C. de edē. ſicut ergo in actu ſnie
qñ adhibetur poſtꝗ non debuit adhiberi ſnia redditur nulla
vt eſt caſus in. c. cū ſup. ꝫ. de offi. del. ⁊ facit optīe tex. in. l. ſeru⁹
meus. de ſtip. ſer. ⁊ ita vr̃ tenere Bar. in ſimili queſtione in. l.
actor. ff. rē ra. ha. vbi oīno vide. ¶ Pro vītate diſtingue ꝙ

aut actio q̄ intētatur eſt incōpatibilis cū cā expreſſa in libello ⁊
tūc nec de iure canonico nec de iure ciuili ꝓcedit libellus qꝛ ꝓ-
ponēs vr̃ ꝓponere ꝯria ſup eo. libello ⁊ ſic non ꝓcedit vt. l. ij.
§. ſed ſi aliud. ff. de ap. ⁊ tꝫ Bar. in. l. naturaliter. §. nihil cōe.
ff. de acq. poſ. ⁊ Bal. in. l. ordinarij. C. de rei ven. aut actio ex-
preſſa eſt compatibilis cū cā expreſſa in libello ⁊ tūc ꝓcedit li-
bellus ⁊ pōt ꝓnūciari ſup cā. vbigratia dico ꝙ depoſui penes
29 te talē rē q̄re peto te ꝯdēnari rei. vendi. ad rē reſtituēdā † cum
rei vendi. hñ cōpetit dño ſimul cū actione depoſiti. ⁊ hoc tꝫ hic
Anto. de bu. allegās ſpe. in ti. de ac. ⁊ peti. §. ſeqtur v̄. h quoqꝫ
g tn̄ iudicio meo no. ſeqtur hoc ſꝫ potius ꝓut ibi declarat Jo.
an. ꝙ ſi ꝯſtat de iure actoris p ꝯfeſſionem rei ēt ſi cā ⁊ actio ſit
inepta tn̄ pōt ferri ſnia de quo ſtatim dicā dictū tn̄ vr̃ eſſe veꝝ
ſm rōnes allegatas. ⁊ qꝛ qñ actio eſt compatibilis ille qui intē
dit vnā cām expreſſam ⁊ actionem ineptā quo ad illaꝫ cām vr̃
implicite ꝓponendo actionem ꝓponere cām ipſius actionis ⁊
hoc vr̃ eſſe intelligēdum qñ ꝓpoſitio actionis quo ad cām ex
preſſam nō oritur ex cā que ſpecifice ſi eēt expreſſa limitaret pri
mam cām expreſſaꝫ in libello verbigratia ſi dixi me dñm ⁊ egi
30 actione ex locato. † nam actio locationis ⁊ ꝯductionis non eſt
habilis cā ad trāſferendum in locatorꝫ ⁊ ſi ꝯductor ēt ſit dñs
regulariter vt in. c. inter dilectos. j. de fide inſtru. ⁊ in. l. ſi rem
aliquaꝫ. ⁊ ibi late p Bar. ff. de acqui. poſ. Sed ſi ex cā qua ori
tur actio eēt ſufficiens reſtringere cauſam expreſſam verbigra
tia ſi dico me dñm ⁊ ago actione. exempto tunc. n. qꝛ ex cōtra
ctu exemptionis pōt tranſferri dñium ꝑinde eſt ac ſi ꝑ ſe dixiſ
ſem me dominum ex cauſa emptionis. vnde ſi probarē me do
minum ex alia cā ſequereṫ abſolutio ex quo reſtrinxi me ad cer
tam cām vt in. c. abbate ſane. de re iudi. libr. vj. Jſta diſtinctio
colligitur ex mente Jo. an. in ti. de ac. ⁊ pe. §. ſequitur ibi hoc
quoqꝫ iuxta finē additionis magne qꝛ. dubium dictuꝫ eſt. Et
inter multa alia q̄ cumulat hic Anto. poſt antiquos circa tria
breuiter aliqd dicendū. ¶ Primo vtrū ꝓcedat libellus in q̄
actor ꝯcludit ⁊ petit reū cogi nec petit ipꝫ ꝯdēnari. ¶ Scdō ſi
intētaṫ in libello vna actio ⁊ p ꝯfeſſionē partis ꝓbatur de alte
ra. ¶ Tertio vtꝝ q̄libet abſolutio ab obſeruatiōe iudicij ſiue
ab inſtātia ſit ſnia īterlocutoria vl' diffinitiua. ¶ Circa ꝑmuꝫ
b Bar. tꝫ ꝙ non ꝓcedat libellus ^b p. l. ſi cum nulla. ff. de re iudi.
Sed ꝯtra primum tꝫ hic Anto. qui vult ꝯñs ſatis vr̃ velle añ
cedens ſine quo illud eſſe non pōt vt in. c. ex pte. j. de ſponſa. ⁊
in. c. piſanis. j. de reſti. ſpoli. ⁊ in. l. illud in prin. ff. de acq. her.
Sed executio nō pōt fieri niſi lata ſnia ergo actor qui petit de-
bitorem compelli ad ſoluendū vr̃ ēt implicite petere prius ipm
condemnari. ad premiſſa bene facit tex. ⁊ qd̄ ibi no. in. c. cōſti-
tutus. j. de reli. domi. ſicut videmus in ſi. ꝙ ille qui petit rē ſibi
reſtitui in iudicio reali videtur petere implicite declarari ſe do-
minum vt. l. ex diuerſo. §. j. ⁊ ibi p Bart. ff. de rei vendic. ſed
31 bar. in. l. j. C. de execu. rei iudi. tꝫ opi. Bar. ⁊ Ang. ibidem † qꝛ
ille qui intentat officium iudicis mercenarium que debitor cō
pellitur ad ſoluendum non videtur intentare actionē cui ipm
officium deſerunt vt dicit text. in. l. ſi iudicio. in ſcdo rñſo iun-
cta glo. ff. de execu. rei iud. preterea actor petit aliquid ſibi dari
vel fieri a parte officiuꝫ autē iudicis a iudice inſti de. ac. in pri.
⁊ l. ſi ſeruus. ⁊ ibi nota. C. de colla. ⁊ in. c. j. ꝫ. de offic. iudi. cum
ergo qui petit debitorem cogi nil petat a parte ergo pars non
debet condemnari. Sed prima ratio potuit eſſe vera quando
officium iudicis intentatur de facto. ⁊ mercenarium circa di-
uerſam rem tunc maior ratio dicat ꝙ implicite videatur peti-
ta condemnatio ⁊ ſic videtur petitum aliqd parte ⁊ p hoc tol
litur ſm argumētum ⁊ placet mihi opi. dñi Ant. quam ꝓbat
⁊ ſequiṫ Bal. ⁊ affirmat. in addi. in ti. de ſnie ꝓla. ver. ⁊ no.
⁊ ideo dꝫ incipi ab executiōe mouetur vltra ꝑdicta ꝙ ver. cogi
largo mō poteſt comꝑhendere v̄bum ꝯdēnari vt. l. j. §. ex hoc
retro. ff. de vend. inſpi. ⁊ ideo libellus eſt ſaluādus qñ ſaltem
improprie verba ꝯuenire pñt vt. l. j. ⁊ ibi no. C. de vſufr. ⁊ hic
late p ant. illud aūt eſt certū ꝙ qñ aliqs prio petit debitorē cō-
pelli ⁊ poſtea ꝯdēnari iſta petitio nō viciat vt tꝫ bar. i loco ꝑal
legato ⁊ ꝓbat tex. no. quē ibi pōderat bar. in. l. quidam ita. ff.
de pec. leg. ⁊ optime facit tex. ⁊ ꝙ ibi p bar. in. l. iurein. in pri.
ff. de oper. lib. ⁊ ad premiſſa bene facit lex ⁊ ſi non cognitio.
C. ſi contra ius vel vti. pub. ex qbus pꝫ ꝙ reſcriptū cōmittens
32 executionē ſi non preceſſit cauſe cognitio. videtur etiaꝫ cogni
33 tionē ⁊ ꝯdēnationeꝫ cōmittere. ¶ † Circa ſcdm breuiter. ſm
c Ant. hic dic ꝙ reus ꝯuentus ſuper vna actione ^c ⁊ vna cā cōfi
tetur ſponte de alia ante lit. conte. ꝙ nō poterit cōdēnari qcqd
dixerit ſpec. ⁊ Jo. an. in ti. de ac. ⁊ pe. §. ſeqtur ver. hoc quoqꝫ
poterit tn̄ ſibi fieri preceptū vt in cōfeſſum iuxta formā. l. ſi de-
bitori. ff. de iud. ⁊ no. in. c. ſi. ꝫ. de confeſſis. ſi vero reus cōfite
tur poſt lit. cōte. ⁊ tunc ipſe tenet ſimpliciter ꝙ ſit abſoluēdus.
Sed ego non video cur non poſſit fieri preceptum ſiue prius

a ¶ Si actor ꝓponit cām aptaꝫ ⁊ actioneꝫ ineptā qūo fiet ſnia.

b ¶ Libellus nō ꝓcedit in quo actor petit reū cogi nec petit ipſuꝫ cōdemnari ⁊c. Tu vide iaſ. in. l. ij. §. prius colū. xij. ff. de vulga. ⁊ pup. Alex. in. l. ſi cum nulla col. j. ff. de re iudi. Et oīno iaſo. in. §. oēs co. xxv. in ſi. vbi atteſtatur que opi. ſit cōis. Ruffi. belim:

c ¶ Agendo ꝯ reuꝫ vna actione ⁊ ipſe cōfitetur de alia an ſequeṫ cōdemnatio.

confitetur ſiue poſt. Nam confeſſio in iudicio etiam ſi ſine in-
terrogatione fiat preiudicat confitenti vt in.l.ſi ſiue.in prin.de
interro.ac.poteſt ergo diſtingui meli⁹ in iſta materia ⁊ alias
34 ꝯſului ita vt dicamus † q̃ ille qui ꝯfitetur animo recognoſcẽ-
di bonam fidem aut ſimpliciter confitetur.aut cõfitetur reſpõ
dendo libello ⁊ impugnãdo intentionem ⁊ actionem actoris
in primis caſibus poteſt ſibi fieri preceptum quandocũq; con
fiteatur ſicut in crimine poſſit condemnari licet ordo iuris ſo-
lemnis non procederet ſm Innoc.in.c.qualiter ⁊ qñ de accu-
ſa.quinimmo ſi ſit actum vna via que non imponit penam
ciuilem ⁊ minorẽ poteſt ſequi cõdemnatio in pena criminali ⁊
maiori verbigratia in iudicio inqſitionis qñ conſtat de crimi
ne per ꝯfeſſionẽ caſus eſt ſingularis ſm Abb.in.c.ſi. de elec.
⁊ bene ꝓbat tex.iuncta glo.in.c.j.de accu.lib.vj. ¶ Secũdo
caſu qñ reus cõfitetur non qdem ſimpl'r ſed per viaʒ exceptio
nis vt impugnet intentioneʒ agentis ⁊ tunc vr̃ q̃ non poſſit
fieri preceptũ nec condẽnatio vt in.c.j.in fin.de excep.⁊ per ea
que no.Bar.in.l.ſi.ff.de cuſto.reo.⁊ plene dr̃ in.c.cuʒ ſup.j.
35 de cõfeſ.poſt Anto. ¶ Circa tertiũ conclude breuiter ex di-
ctis doc.q̃ qñ qs abſoluitur ab obſeruatione iudicij propter
libellũ male conceptũ vel q: inſtãtia eſt pempta ⁊ tũc iſta ſnia
a dr̃ mere interlocutoria [a] oi reſpectu vt.l.barũ.⁊.l.egi.ff.ſi ſui
ven.in glo.or.q: non perimit ius agentis quin poſſit interim
agi vñ nihil diffinit ⁊ hoc probat tex.⁊ ibi per Bar.in.l.ꝑpe
randum.§.ſiqdẽ.C.de iud.⁊ no.late ꝑ Bar.in.l.ticia de ac-
cu.⁊ per Bal.in.l.ij.de epi.audi.⁊ hec ſunt vera ſi ſit abſolu-
36 tio ab inſtãtia cãe principalis. † Secus ſi ꝑnuncietur appella
tionem deſertam iſta.enim eſt interlocutoria hñs vim diffini-
tiue vt dicit tex.in.c.tua nobis.j.de ap.⁊ tenẽt domini de rota
deciſione ſua.lxxxiij.vt refert Ant.in.d.c.tua nobis qui dicũt
37 ſingulariter. † q̃ iſta pronũciatio hʒ vim diffinitiue quo ad
hoc vt poſſit appellari nõ expreſſa cã a diffinitiua ⁊ habet viʒ
interlocutorie quo ad hoc vt poſſit reuocari per iudicem ⁊ ſin
gulariter no.Jo.an.in.c.cupiẽtes in prin.de ele.lib.vj.Et ad
premiſſa vide quod elegãter no.Bal.in.l.ſi preſes.C.quomo
do ⁊ quando iudex.⁊ in ti.de ſen.prola.in.iij.cha. in ver.ſen
tẽtia lata ſuper deſertiõe,quedam eſt que perimit in totum ius
agentis exemplum vt in.c.de lit.cõte.in.vi.⁊ hoc dixit Bart.
in.d.l.ticia q̃ iſta ſnia aliquo reſpectu põt dici diffinitiua q:
diffinit totum negociũ vt.l.dicere.in prin.ff.de arbi.Sed glo.
multum ſingularis in cle.cũ ad repulſionem de ap.dicit oppo
ſitum q̃ eſt interlocutoria ſimplex q: oppõſita pronũciatio eſt
ſimplex interlocutoria de quo tetigit elegãter Bal. in aut.ho
38 die.C.de iud.cõiter tñ dicimus q̃ iſta verior † q̃ omnis pro-
nũciatio que reſpicit proceſſum ⁊ perimit interim pceſſum eſt
interlocutoria que hʒ vim diffinitiue ita dicit Jo.an. in.c.cu-
pientes preallegate ⁊ hoc tenet elegãter ⁊ no.Bal. in rubr.ne
lice.in vna ⁊ eadem cã titulo puo.⁊ hãc ſniam approbat Jo.
in.d.cle.cũ ad repulſiõem. Nũquid aũt in ſnia interlocutoria
ab obſeruatiõe iudicij debeãt expmi cãe ita q̃ ſi nõ exprimitur
39 ſnia ſit nulla eſt dubium.nam Anto.tenet hic q̃ ſic per tex.in
autẽ.de iudicibus.§.opʒ licet abbas dicat ꝯ̃rium per regulam
que ponitur.in.d.c.ſicut.j.de re iud. q̃ cauſa nõ debet expri-
mi in ſentẽtia.ſcðo q: tex.in.§.oportet nõ ꝓbat.h.d.eni q̃ iu-
dex ſi abſoluit ab expẽſis debet hoc exprimere nõ tamẽ dicit q̃
debeat exprimere cũ abſoluat ⁊ iſtud pcedit ad iſtũ tex. ſi clau
ſula vltimo poſita referaẽ ad id qð principaliter dicitur in tex.
aliter bñ probaret intẽtiõem Ant.⁊ Spe.in ti.de ſen.prela.§.
qualiter ver.vtꝝ aũt teneat expreſſe q̃ cã debeat exprimi.Tu
ꝑ ꝯcordia potes diſtinguere q̃ aut ex actis põt apparere certa
cã abſolutiõis ⁊ tunc vʒ ſnia que ſolet ſubſtẽtari ⁊ certificari ꝑ
relatiõem ad acta vt.l.ſiqs ad exhibendã.ff.de excu. rei iud.⁊
l.ij.⁊ ibi no.C.de ſen.q̃ ſine cer.quã. Si vero nõ põt appere
de certa cã ⁊ tũc lʒ abbas dicat q̃ vr̃ facta abſolutio ex cã que
minus ꝑiudicet vt.l.hic.n.ff.de ſuſpe.tu.tñ ꝓbabilius põt di
ci q̃ iſta ſnia tũc reddiẽ incerta ⁊ iõ nulla ⁊ iõ pcedãt dcã ant.
h ⁊ ſpe.i loco pallega.o ⁊ ꝑ hoc ſit expedita iſta ſolẽnis decre.

**Cum deputati.** Preceptores ꝑ domib⁹ ſuis age re ⁊ defendere poſſunt ⁊ nõ obſtat eis religio vel qð eorum origo ſit incognita.h.d.

**Exhibita.** Judices qui in ꝑncipali ⁊ exce ptionibus ꝑncipalib⁹ ſimul co gnoſcunt vel probationes ante lit.cõteſ. recipiunt inordinate pcedunt ꝓpter q̃ ab eis legittime ap- pellatur ⁊ diuidiẽ in tres ptes. In ꝑma ponĩẽ forma cõmiſſio nis. In ſcða ibi cũ autem pceſſus iudicij. In tertia q: nõ per-
1 mittitur ⁊c.⁊ ſeqtur mandatũ ap. ¶ No.ꝑmo q̃ electus põt
proferre cãm electionis ſue ſine nota ambitionis ad idem tex.
b in.c.cũ dilect⁹.ſ.de elec.in.vj. ¶ Scðo no.ibi vocatis [b] qui

a ¶ Snia lata ab obſeruatiõe iudicij an dicaẽ iter locutoria.tu vide tractatũ q̃ dicatur ſnia diffi.⁊ q̃ iter lo.i.iiij.q.ꝑn.vij. col.Ruf. belige.

b ¶ Cla vocatꝭ vocãdis.vid Jnno.i.c.ſedes d re-ſcri.car.i cle.j.de of.dele.⁊ pulchre Ro.deci.ccclxxij. ⁊.ccclxxxvj.i an-tiquis.

c ¶ Etiam ab actu nullo appel-latur.

d ¶ Si cõmittiẽ cã iudici i dubio vr̃ cõmiſſa cogni tio ordinaria.

2 fuerint euocandi q̃ lʒ ſupior mandet iudici delegato vt inqui
rat veritate ſup negocio de cuius natura vtroq; nõ põt pce-
di.i.per viã ordinariã ⁊ per viã inqſitionis vbicunq; tamẽ
appõit iſta cla vocandis in dubio vʒ electa via ordinaria ⁊
hoc eſt qð dicunt moderni.j.de preſump. ⁊ qð hĩ in cle.j.de
3 offi.delega. ¶ Tertio not. q̃ et agenti pro vtilitate publica
⁊ nõ pro intereſſe ꝓprio põt opponi exceptio excõicationis de
qua in.c.cũ inter.⁊ in.c.ſignificauerit de excep.no.in.c.ſuper
4 his de accu. ¶ Quarto no. ibi ſe offerens ꝓbaturum q̃ illa
qui obijcit exceptionẽ ordinatoriã ſatis eſt q̃ offerat ſe eã par
tum ꝓbare lʒ realiter non offerat probationem coram iudice
ſm dñm Anto.ex quo reprehẽditur dictũ do.Jo.in.c.iterpo
5 ſita.j.de ap.vbi videas. ¶ Tu aũt aduerte q̃ hoc vʒ ꝓba
ri fortius q̃ et ſi qs ſimpl'r dicat offero me paratũ ꝓbare licet
nõ adiungat incõtinenti tñ ſi iudex pcedat ad vlteriora hoc
ipſo vʒ grauare ptem lʒ aliud non cõſtet de veritate exceptio-
nis qð eſt mirabile de quo dic vt in.d.c.interpoſita. ⁊ in.c.ex
6 pte adde.j.de teſt. ¶ Quinto no. ſm Ant. ibi q̃ de his ꝑn
cipali negocio q̃ iudex qui ſimul ⁊ ſemel vult pcedere in exce
ptione declinatoria ⁊ pncipali negocio grauat partẽ ita q̃ pro
ceſſus eſt nullus vel ſaltem põt appellari.ſecus enim dicit ipſe
ſi iudex interloqueretur procedendum eſſe ſuper negocio princi
pali reſeruatis exceptiõibus declinatorijs. tunc hoc dicit poteſt
ſm eum vt in.c.ad diſſoluendum.j.de deſpõ.impub. ⁊ not.in
c.cum contingat.ſ.de offic.deleg. ¶ Tu aduerte q̃ verba tex.
verba interlocutorie de qua in littera videntur cõtinere perple
xitatem ⁊ repugnantiã ⁊ tamẽ finaliter debet interpretari vt
ſaluetur vt.l.ſi puto.in prin.ff.fa.herc. iſta interlocutoria non
videtur aliud in tex.noſtro cõtinere reſeruationem exceptiõis
declinatorie. Alia ergo ratio videtur eſſe niſi cum hic fuerit p
7 uerſus ordo iuris ⁊ ideo tu dic ⁊ q̃ hic per iſtam interlocuto-
riam fuerunt ſeruate exceptiões declinatorie examinãde ſimul
cum negocio principali vel anteq̃ finiretur negocium pricipa
le quod fieri nõ debuit vt etiam fatetur Anto.factum tamẽ va
let:ſed pars poſſet appellare q: grauatur quando obtulit ſe
probaturum exceptionem vt communiter tenet doct.in.c.cõ
tingat.ſ.de offi.deleg.ſuper quo vide quod ponit Bal.in.l.
prius.C.qui accuſa.non poſſ.ideo ex iſto tex. noſtro infertur
8 † q̃ ſi hic proceſſum eſſet per viam inquiſitionis nõ fuiſſet per
uerſus ordo q: cum ſit iudicium ſummarium iudex potuiſſet
reſeruare iſtas exceptiões ⁊ hoc probat tex.in ver. q̃ propter
9 tua mameta in d.c.cum cõtingat. ¶ Sexto not. q̃ etiam
c ab actu nullo [c] poteſt interponi appellatio vbi quis grauatur
de facto actu hic interponitur a receptione teſtium lite nõ cõte
ſtata.Ad idem qð no.in.c.dilectus.j.de appel.⁊ per Bar.in
l.ſi expreſſim.ff.de app. ⁊ per Bal.in.l.j.C.qñ prouo. nõ eſt ne.
10 ¶ Septimo no.ibi ex dictis grauaminibus vel altero ipſoꝝ
q̃ vbicũq; in appellatiõe ab interlocutoria exprimuntur due
cauſe copulatiue quarum vna eſt ſufficiens ſufficit alteram ꝓ
bare ad idem qð habetur in.c.ex parte.ſ.de reſcrip.⁊ in.c.licʒ
11 cauſam.j.de proba. ¶ Octauo no. q̃ quando nullitas de-
ducitur ꝑ viam appellationis nõ poteſt obtinere niſi cõſtet eum
12 appellaſſe. ¶ Nono colligit ex iſto tex. q̃ appellatio ab in-
terlocutoria nõ põt ſufficeri ex cã nullitatis nõ expreſſa in ap
13 pellatiõe qð no.in cle.appellanti.de ap. ¶ Decimo no.ſm.
ſm doct. q̃ quis cauſa nullitatis principaliter intentata nõ
ſuſpendit cognitionem iudicij iuxta no.in.c.auditis.ſ.de pcn.
⁊ in.l.j.ne li.in vna eadem cauſa ꝑ bal.tñ ſi deducitur ꝑ viã
appellationis ſecus ⁊ ab interlocutoria inducit reuocationẽ attenta
14 ti q̃ eſt notabile. ¶ Ultimo no. q̃ iudex ad quem pnun-
ciat interlocutoriam in iuſtam ⁊ bene appellatum õs cognoſce
re de cã principali ſub eadẽ forma ſub qua dẽat cognoſcere p
mus iudex.ad idem tex.⁊ qð ibi no.ſ.de reſcrip.c.ſignificauit
q̃ qualiter ſit verũ dic vt hic p Ant. ⁊ Jo.de imo. ¶ In gl.
15 hec glo.ſentit expreſſe q̃ ſi cõmittitur cã iudici [d] vt inquirat
d de veritate ipſius in dubio nõ videt cõmiſſa inquiſitio ſʒ cognitio
ordinaria.Hic autem ideo eſt hoc quia commiſſio debet inter
pretari ſm ſubiectam materiam vt.l.ſi vno.ff.loca.⁊.l.ſtipula
tus.ff.de vſur.⁊.c.ſolite.de ma.⁊ obed.xj.q.iij.c.rogo in tex.
⁊ in gl.cum ergo hic eſſet controuerſia inter ptes ⁊ ad petitio
nem partium fieret commiſſio videtur põtifer ſenſiſſe de materia
ordinaria per quam ſolet terminari qð que eſt inter partes.
¶ Et aduerte q̃ iſtud certe eſt verũ in caſibus etiam ſm na
turam ipſorum iudex põt pcedere vtroq; mõ ſicut in cauſa de
ctiõis vt in.c.cum nobis olim.ſ.de elec.⁊ in.c.ſi.e.titu.lib.vj.
Sed dominus Flore.hic ſecut⁹ eſt do. de rota cõcluſiõe ſua.
cccxx.q.iij.tenent q̃ in dubio videatur cõmiſſa ſicut verbum
ſonat nõ obſtãt.iſte tex.ſm eum q̃ clauſula vocatis vocãdis
16 eſt illa que inducit hic vt nõ videat cõmiſſa inquiſitio† Pro
cuius



cuius dicto facit quando verba diriguntur ad iudicem videẽ
excitari iudicis officium vt in.c.lʒ in corrigendis.ſ. de off.or-
di.⁊.l.ſi ſoror.C.de colla.ergo cum hoc mandetur iudici inq-
ri videtur potius excitari officium ſuum quam commiſſa co-
17 gnitio inter partes. ¶ Nec ob. † q̃ apponitur clauſula de fa
ma ſicut aliquando ſolet fieri:vt in.c. cum ſupra .j. de teſti.co-
gen.quia ⁊ ſi non exprimatur iſta clauſula poteſt cõmitti inqſi
tio q: non eſt de natura inquiſitionis vt in.c.qualiter ⁊ quãdo
de accu.Contraria tamẽ ſnia videtur verior q̃ʒ approbat ſpec.
in ti.de inquiſi.§.j.ibi quid ſit littera q: ſm eum ⁊ modernos
18 hic. † cum inquiſitio ſit remedium extraordinarium vt plene
dictum eſt in rub.ſ.e.⁊ competens contra regulas iuris com-
munis ⁊ verba reſcripti in dubio deberent reduci ad ius cõe
vt in.c.cauſam.ſ.de reſcrip.⁊.l.ex facto.in prin. de vulg.⁊ pu
pi.⁊ quia.quãdo committitur inquiſitio cõiter ſolet apponi clau
ſula de fama ⁊ de acceſſu perſonaliter ad locum . vt in.c.cum
19 dilecta.ſ.de reſcri .ij.q.j.c. deus omnipotens.† vnde ex con-
ſuetudine preſumitur voluntas cõmittens vt .l. ſolutum.§.ſi.
cum ſe.ff.de pigno.ac.ſm Jmo.hic.Tu autem potes certifi-
20 care iſta dicta euidenti ratione.† quia diſpoſitio que poteſt va
lere in virtute iuris cõis ⁊ in virtute iuris ſpãlis preſumitur ſcã
in virtute iuris cõis in dubio vt probatur in .l.iij. ⁊ ibi nota.
ff.de teſta.mi.⁊ bene facit tex.⁊ quod ibi per Ant.in.c.duduʒ.
ſ.de ele.nec obſtat q̃ per iſta verba videatur excitari officium
iudicis mercenarium non officium iudicis nobile ex quo co-
gitur de iure in mand.de exequendo.naʒ ſi a principio in crea
tione iuris verba diriguntur ad iudicem tunc hẽnt locum con
traria ſuper quo vide quod nota.Bart.in.l. vnica. de condi.
ex lege.Sed retenta communi ſententia que eſt verior tũc que
ro qd ſi vna ex iſtis duabus cauſis apponaẽ in cõmiſſione ver
bi grã de fama vel q̃ iudex accedat perſonaliter ad loca ⁊ certe
ſpe.vr̃ ſentire in loco allegato.⁊ do.Anto.hic q̃ ꝑ alterã iſta
21 rum videatur ꝯmiſſa inqſitio † qð eſt verꝫ ſine dubio qñ oppo
nit clauſula de fama q: q̃ iudex debeat inquirere de fama hoc
non poteſt ꝯuenire niſi inquiſitioni ergo illa via vr̃ electa vt
l.ꝑ herede.in prin.ff.de acqui.here. facit optime qð no.in gl.
in.l.quotiens.C.fa.her.⁊ in.l.j.ff.de iud.ꝑ doc.ſed ſi appoſita
eſt altera tñ vʒ de accedendo ꝑſonaliter ad locum tunc q: iſta
cla põt ꝯuenire iure ordinario ⁊ poteſt non eſſe neceſſaria inqſi
tioni lʒ plus ꝯſueuerit apponi in inqſitione quã in iudicio or-
dinario diſtinguendũ eſt vel ꝯmiſſio ſit ad petitionem partis
vel ex mero iudicis officio . ꝑmo caſu vr̃ ꝯmiſſa inquiſitio q:
fortior eſt preſumptio pro accuſatione ordinaria q: ꝯmiſſio ſit
parte petente q̃ ꝑ inquiſitione ⁊ q: ẽt iudex in cã ordiaria põt
ẽt accedere ad locum de quo queritur vt in.l.iiij.§. ſi dicaẽ.ff.
finium regun. ¶ Secundo caſu vera ſit opi.doct.q̃ videatur
ꝯmiſſa inquiſitio . glo. poſita ſuper verbo iuris expreſſe tenet
22 tamen † q̃ quãdo iudex ſimul pcedit ſuper cauſa principali ⁊
a ſuper [a] exceptione declinatoria pceſſus nõ valet ⁊ hoc iõ dicit
eſſe in caſu noſtro q: iſti iudices exceſſerunt fines mandati.
Sed hoc dictum reprehendunt hic aliqui moderni ⁊ lʒ in mã
dato apoſtolico eſſet expreſſa clauſula vocatis vocandis hec
clauſula non vr̃ dare nouam formam mãdato qm̃ ineſt tacite
de iure cõi.no.Jnno.in.c.prudentiã.ſ.de offi.dele.Bal.in.l.
preſcrip.C.ſi ꝯ ius vel vti.pub.⁊ in.l.non dubium.C. de legi.
¶ Preterea ẽt ſi daret nouã formã tñ iſta forma fuiſſet vna
q: ptes fuiſſent citate vñ dicit vnũ q̃ ꝓbat hic hoſti.q̃ iudices
fecerũt ꝯ intentionẽ delegantis ⁊ nõ ꝯ formã mãdati. ⁊ ſic va-
luit pceſſus vt in.c.ſi.ſ.de prebẽ.ſʒ hoc nõ vr̃ hic ponderare
pontifex ſʒ ſolũ q̃ fuit ꝑuerſus ordo iuris. vñ adhuc remanet
dubiũ dñi anto.dicit q̃ aut pceſſus eſt nullus aut annullãdus
ſed in.c.tua.j.de or.cog.diſtinguit q̃ aut exceptio declinato-
ria ⁊ negocium principale ſimul diſtinguunẽ corã diuerſis iu
dicibus ⁊ tũc valet vterq; pceſſus ſi ps nõ opponat vt ibi ꝓ-
batur.nec ob.aliqua regula de his que dicenẽ aut ſimul idem
iudex cognoſcit de vtroq; ⁊ tũc pceſſus eſt nullus q: continet
quãdã repugnantiã ſicut dicimus in eo q allegat ꝯ̃ria vt.l.ij.
§.ſʒ ſi alius.ff.qñ appel.ſit.do.Flore.hic reprehẽdit iſtud di-
ctũ dicẽs q̃ indiſtincte valet pceſſus ſi nõ appelleẽ.moueẽ prio
ꝑ iſtũ tex.q: reqriẽ q̃ fuerit appellatũ ⁊ q̃ ꝯſtet d appellatiõe.
ſcðo ꝑ regulã q̃ tradiẽ in.l.j.C.de app.⁊.l. ſi mancipiũ.§.j.ff.
de euic.⁊ ꝑ Bar.in aũt.hoc ſi debitor.C. de pigno. ⁊.l. ſed ſi
23 ante.ff.de excep.in qbus ꝓbatur † q̃ ſi due cãe ſic ſe habent q̃
vna debet alteram precedere valet iudicium prepoſterato or-
dine niſi ps opponat ⁊ appellat.ſed iſte materie non videntur
facere ad rem quia ibi eſt peruerſio ordinis de vna cauſa ad
aliam ⁊ hec eſt peruerſio eiuſdem cauſe ad ſeipſam q̃ ſolet vi-
tiare iudicium vt.l.ꝓlatã ⁊ ibi per Bar.C. de ſen. ⁊ ita rñdet
hic Jmo.⁊ bal.in.l.exceptionem.C. de proba. ⁊ q̃ iudiciũ ibi
ſit nulluʒ vr̃ ꝓbare tex.noſter dũ dicit iuris ordinẽ ꝑuertẽs ⁊c.

quem hic inducit Abb.qui poſt multa tenet ſm Flo . dicens
q̃ iſtud iudicium valet niſi eſſet appellatum ⁊ hoc dicit eſſe de
mẽte iſtius tex.⁊ q̃ forte iõ pontifex vult cõſtare de appellatiõe
q: ſine appellatione appellans nõ potuiſſet venire ex vtroq;
capite.Sed ex altero tantũ ſcʒ q: teſtes fuerunt recepti lite non
cõte.fatetur tñ q̃ iſte tex.nõ vrget ad hoc q: ẽt ſi ex vtroq; ca-
pite pceſſus fuerit nullus tñ q: hanc nullitatẽ pars volebat ꝓ
ſequi nõ principaliter ſed incidentaliter in iudicio ⁊ in inſtan-
tia appellationis.ideo neceſſe eſt conſtare de principali.i.de ap
pellatione hanc ſuam opi. confirmat ipſe q: exceptio declina-
toria que prius dẽt examinari introducta eſt in fauoreʒ partis
cui fauori ps põt renũciare.vt in.c.ad apoſtolicã.j.de regulari
bus.⁊ tacite vr̃ renunciare ex quo non appellat. ¶ Scðo du-
24 plex eſt ordo in pcedente † quidam eſt ordo ſubãlis de quo in
